


S. Gratulor patria tua, in Helvetia, gratulor amicis tuis omnibus, quod incolarum redisti locum amantiss. Gratulor tandem et mihi, quod de reditu tuo tam cito abs te sum factus certior. Hinc n. video q̄ nondū tibi exiderim, quod in primis semp optavi, & adhuc opto. Aliquid est uno atq; altero tantū die serius q̄ patria animaduerrisse aduentū tuū. Signū est, fides amoris (ita anim videtur) nō mediocre. Diuulgari retō statim ubi acceptā apud omnes qui te nouerunt. & neminē inueni nō maximo persusū gaudio. atq; eō magis, quod sermō dubitauimz de te, qui ultra terminū statūtū es moratus, & nihil prorsus habuimz certi, uel ubi esses, aut q̄ feliciter uireres, aut an aliquid in itinere tam longo prosperi, uel aduersi obriisset. Hec n. summa penē est disputationis, quā contulimus quotiescūq; conuenimz Iacob. Grebelius senator, Binderi pater, & ego. Non pauci occurrerunt, qui ubi cognouerūt te aduenisse, optarunt continuo, ut hic esses, et perpetuo hic esses. Et quib. primū est Cuius noster euangelista apud nos. Non credis quantum homo gaudens sit hīs tuis uis. Amat te, et ardentē amat, gratulatur aduentū tuū miris modis. Scripsisset tibi, si negotiorū uindis totus esset obrutus, de quib. alius. Latetur tota domz mea, in primis uxor & filiolus. hic n. epistola tua, quod puellula adportarat, conspecto ad me ḡlerrime peruenit, atq; euangelicū primū petiit. Idem penē omnes post hunc fuerunt discipuli domes sui. Praeterea uis sine conditione meā. Veror adhuc Tiguri ut prius. Adiudicauit mihi nescio quid Iurernani sponte, uerū quia ingenio, et uirib. meis plus satis tenuib. nō admodū contempit, dubiū est an sin recepimz. Ea uero res tam hic emanauit, ut timendū s̄i duas selulas mihi adornatas. Rem ego fortuna x. deo committo. Cessit prospere tū libello meo, si hac prosperitas est, quod in luce est. hunc ad te mitto, ut post qui pro me te saluat, exoptat, amplectatur, deosuletur, p̄teritq; tibi omnia prosperissime. & roget tandem, ut quemadmodū hucusq; memoria mei pulcherrimā habuisti, ita te posthac obliuiscaris eius, qui adeo te amplectitur. Interim uale, & me semp habere comendatū. Saluant te mei plurimū uxor & filius. unū uero Cuius optat, ut aliquādo deus nos tua p̄sentia frui quoquo modo. Verū uale deus meū, & Heluetia ornamentū. Tiguri decimo Kt. Iulii Anno M. D. XIX.

Mysorum nus.



*Jacobus Meconius.*

D. Joachimo Vadiano viro multiviro,  
medico, oratori, & Poëta  
Laureato, amico in primis  
observando.

Ad sanctum  
Gallen.

